

tionem uti ad invicem posse. Illustrant hoc communiter
Physici sequentem in modum: Sicut homines variis lin-
guis loquuntur; aliter enim conceptum suum exprimit Scy-
tha, aliter Indus, aliter Græcus, Romanus, Gallus, Æthiops,
Hebræus, Arabs aliter; ita Animalia alia hinnunt, alia mu-
giunt, alia rugiunt, quædam rudunt, quædam balant, ulu-
lant, baubantur seu latrant, fredentve. Alia strident, alia
sibilant, alia gracillant, alia suaviter cantant; ut canentem
Lucretio verum sit, quod

*Disfimiles soleant voces variasq; ciere,
Cum metus aut dolor est, & cum jam gaudia
miscent.*

Ad exempla Fidelitatis Canum idem reponere licebit, quò
reliqvas lites decidimus: quanquam & hoc observandum,
quod rarissimæ ejusmodi actiones Dei singulari operâ fieri
consendæ sint. Præterea Historiis sæpè majora vero insunt:
Et quemadmodum fluvii magis magisque vitiantur, quò
longius à fonte suo recesserunt; ita multi sæpe scriptores
rem pro lubitu vel augment vel mendaciorum alluvie inqvi-
nant. Vid. hæc & similia in *B. Trentschii Probl. Physico: U-
trum aliquid Rationis quibusdam Brutis competat?* Ultimo lo-
co ad Castoris aliorumque Animalium miras structuras re-
gero, oriri has omnes ex mero instinctu naturali, cum ubi-
que eandem artem adhibebant, licet ingenita hæc cognitio
longo usu velut quædam institutione quandoque promo-
veatur.

§. VI.

His fusiùs præmissis breviter adhuc disquirendum e-
rit, quænam præcitè inter Perceptionem Humanam & Bru-
tinam